



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Octonarius quartus. Daleth. Adhæsit pauimento anima mea, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Tu prohibe, incutiant mihi ne probra vlla pudorē,
Quando colo leges, diligo iussa tua.
Et quamuis proceres in me dicteria spargant,
De verbo, tamen his, differo sponte, tuo.
Est vice consilii tua vox, oracula possunt
Rebus in aduersis me reueare tua.*

Octonarius quartus.

D A L E T H.

Adhæsit pauimento anima mea, &c.

DA, mea mens tristis vili de puluere surgat,
Erectam verbo viuificaqz tuo.
Exposui mea facta tibi, responsa dedisti,
Quare pacta doce me, Deus alme, tua.
Demonstres normam dictorum queso tuorum:
Tum decreta canam, tum tua iura loquar.
Sic ego me crucio, pectus mihi ut dreat agrum,
Te rogo, confirmes cor mihi, summe Deus.
Errores procul hinc & dogmata falsa repelle,
Tu mihi doctrinæ suggere sensa tue.
Sector recta, viam teneo, qua fallere nescit,
Veraces gressus omnibus antefero.

His

His animum admoueo, qua tu testatus es ipse,

Tu me confundi ne patiare, Deus.

Tunc vitam institui plantis decurrere rectis,

Auxilium mihi cum praesidiumq; feres.

O^ctonarius quintus.

H E.

Legem pone mihi, Domine, &c.

Esto via, Deus ô, monstrator, dirige gressus,

Tollere quo possim nomen honore tuum.

Vt seruem leges, me doctis instrue verbis:

Vt seruem toto corde statuta, doce.

Preceptisq; tuis me tanquam ducito scalis,

Cor capit hinc quoniam gaudia vera meum.

Hoc age, ne pectus corrumpat auaracupido,

Neue aliud sitiam, quam tua iura sequi.

Auertasq; meos oculos, ne turpis cernant,

Sed me viuifices lege viaq; tua.

Fac tuus ut magnificat tua verba minister,

Vt te non facta mente fidelis amem.

Prospice, ne opprobriū turpis me infamiatur-

Nam iucunda mihi sunt tua iudicia. (bet:

Hh Ecce,